



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Sacrorvm Ritvvm Et Caeremoniarvm

Vinitor, Gerlacus

Coloniae Agrippinae, 1656

XIV. De officio Thuriferarij celebrante Episcopo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9459

ad Buciam al
 imo Kyrie eleison
 pitis reuerentiis
 ati, qui illum
 Gloria in excelsis
 assistentis stans
 tatione illius,
 illis verbis, ipse
 te Episcopum,
 ab Episcopo
 cedit cum libro
 Choro hymno
 Presbytero As-
 sustinet donec
 ansata fuerint,
 eo recedit ad
 per subdia-
 copum genu-
 aduale, Alle-
 Episcopo re-
 item Episco-
 onus tenet li-
 sta leguntur
 cono Euan-
 quem tradit
 um ante eum
 ntonato sta-
 te eum, do-
 bolum, eo-
 7. Abso-
 copum cum
 lecturus est
 rum ad cor-
 dentiam, v-
 fiaem Mis-
 pus exurus
 ante Episco-
 pum

De officio Thuriferarii celebrante Episcopo. 549
 pum vt ex ipso gratiarum actiones legere possit,
 quibus absolutis recedit in pace.

TITVLVS XIV.

De officio Thuriferarii celebrante Episcopo.

1. **I**psa debet aliquantò robustior esse cæteris,
 quo pondus thuribuli & nauicula sustenta-
 te possit, illaque deferre debet vt in eius officio
 communi supra dictum est.
2. Aduertat autem quod si celebret Episcopus
 in propria Ecclesia, ministratur incensum in se-
 de, si in aliena, in faldistorio semper tradit Naui-
 culam thuris Presbytero assistenti, si Episcopus
 sit in sede, Diacono verò si in faldistorio, aut ad
 Altare in Missa.
3. Ad vesperas initio Cantici *Magnificat* mi-
 nistratur in sede. In Processionibus antequam
 procedatur etiam in sede.
4. In missa solemni, nisi celebretur pro de-
 functis, quater adhibetur incensum *Primò* sta-
 tim post factam Confessionem ab Episcopo. *Se-
 cundò* circa finem Alleluia, sequentiæ aut Tra-
 ctus accedit & præbet Nauiculam, & thuribu-
 lum ad imponendum thuribus ab Episcopo, eoque
 imposto reuersus ad Altare expectat ibi cum a-
 llis donec tempus sit eundi ad cantandum Euan-
 gelium, & tunc procedat cum illis ante Cerofo-
 rarios ad Episcopum, ante quem genuflectet,
 donec Diaconus acceperit benedictionem, &
 tunc eodem ordine progredietur ad locum E-
 uangelii, vbi se gerit vt in officio communi ip-
 sus præscriptum est, finitoque Euangelio cum a-
 llis reuersus ad Episcopum porriget ibidem thu-
 ribulum. *Tertio* post oblationem panis & vini et-
 iam

iam in Missis defunctorum ministrabit nauiculam & thuribulum ordine & modis supra positus. *Quartò* ad eleuationem SS Sacramenti.

TITVLVS XV.

De officio Acolythorum celebrante Episcopo.

1. **H** duo Ministri Ceroferarii indui esse debent superpelliceis mundis, & dum Episcopus suis induendus est paramentis, ea deferunt suo ordine cum debitis reuerentiis ad Episcopum.

2. Deinde manent apud Credentiam, donec incipiendum sit Euangelium, tunc enim antequam vadant ad locum Euangelii, accedunt ad Episcopum cum candelabris & cereis & ante illum genuflectant donec dederit Diacono benedictionem deinde surgentes accedunt ad locum Euangelii ubi collocant se hinc inde à lateribus subdiaconi tenentis librum Euangeliorum, & cum alii se signant, inclinant aut genuflectunt sub Euangelio, ipsi cum subdiacono perstant velut immobiles. Finitoque Euangelio, cum debitis reuerentiis eodem ordine reuerentes, reponunt candelabra super credentia.

3. Circa offertorium adiuuant subdiaconum apud Credentiam in extendendo velo circa humeros illius. Eundemque subdiaconum Calicem ad Altare portantem vnus sequens portabit vrceolos vini & aquæ super peluicula pariter dispositos, eisque in cornu Epistolæ opportunè subministratis eos reponat ad Credentiam.

4. Finit.